

punct. 10. num. 8 Bonacin. dict. §. 8. num. 4. Contra- rium placet Mar. Italia lib. 1. cap. 5. §. 5. num. 145. Zambell. in repertor. moral. verb. Ecclesia, quoad ejus immunitatem, num. 1. Currell. lib. 1. quest. 19. n. 1. 2. & aliis, & ita tenendum videtur, nam cum hi derentur faciant, quam si se. ro. e. e. cent, sub di- eta exceptione occidentium proditorie continen- tur in Bulla Gregoriana: quod non est extensio, sed comprehensio legis, quae in omni materia lo- cum habet, ut alibi dictum est. Nec refert, quod isti non occidant physice, sed moraliter, ut Theo- logi loquuntur. Quoniam in poenis infligendis, non modus delinquendi consideratur, sed criminis atrocitas attenditur; l. nihil interest 15. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Ex his colligi potest, etiam immu- nitate privari calumniosum accusatorem, morte innocentes sequuta, nec non mandans, ut aliquis proditorie occidatur, etsi pretium non intercedat, Baiard. ad Clar. d. q. 30. num. 9.

Ibi: Sed illud dubium est, an idem sit.

76 Qui hominem delibetato animo, sed absque insidiis, seu prodicione interficit, subvenien- dum immunitate non est, secundum Clar. dict. §. fin. question. 3. numero 12. Molin. de just. tract. 3. disputat. 23. Fachin. controversiar. lib. 9. capite 93. Sanchez cons. moral. lib. 6. capite 1. dubitat. 8. numero 27. Decian late probans dicto capite 28. nu- mero 15. Barbof. dict. lib. 2. capite 3. numero 99. Marth. de jurisdict. part. 2. capite 55. numero 4. Peguera decis. criminal. 54. numero 10. Joseph. Lu- dovic. Lucens. decis. 16. num. 3. Francisc. Marc. deci- sion. 268. numero 2. Germon. lib. 3. capite 16. nu- mero 59. Menoch. de praesumptionib. lib. 5. praesumpt. 10. numero 16. Farinac. in prax. dict. quest. 28. nu- mero 23. Anton. Gom. dict. lib. 3. capite 10. num. 2. vers. Quind limitat, Guazzia. num. 43.

77 Nihilominus contraria sententia, quam Dominus Covarruv. amplectitur, sustinenda est cum Delbene dict. cap. 16. sect. 7. Caball. supra, num. 388. Suarez de Relig. com. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 11. num. 13. Tusch. lit. E. conclus. 11. numero 9. Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 33. Bobadill. supra, num. 38. Peregrin. dict. cap. 7. nu- mero 16. Paz supra, num. 138. Chartar. decis. crimi- nal. 95. Cur. Philipp. dict. §. 12. num. 38. Layman. lib. 4. tract. 9. capite 3. num. 8. Ricc. part. 5. collect. 1792. Quae sententia post Bullam praedictam Gregorii XII. longe probabilior est; quoniam in ea dunta- taxat excipitur, qui proditorie proximum occiderit; nec dubium est, quia proditor non censetur, qui absque insidiis etiam deliberate inimicum interi- mit: observat post alios Delbene dict. sect. 7. nu- mero 4. Aequae ita. Eam tamen recte limitat Boba- dill. supra, quando aliquis cum ingenti amicorum, aut familiarium copia incautum inimicum aggre- ditur, & perimit, sublata moraliter defensione, & ita sentit Suarez ubi proxime.

Vers. Nond ab eisdem conclusionibus deducitur.

78 Homicida simplex, qui scilicet non deliberat, sed subito orta rixa, quempiam etiam dolo occi- dit, immunitate Ecclesiae juvatur; quod absque controversia procedit, ut docent Suarez ubi proxime, Ant. Gom. sup. Guazz. cap. 37. num. 74. Paz nu- mero 132. Clar. num. 11. Fachin. sup. Decian. num. 10. Plac. lib. 1. cap. 34. num. 15. Guttier. d. lib. 1. quest. 2. num. 17. Bonacin. dict. punct. 16. §. 5. num. 9. & ita ten- dent omnes sup. laudati. Circa quod notare oportet, cum dici simplicem homicidam, etiam qui pa- rum post rixam inimicum invadit, & interficit,

quoniam calor iracundiae perseverat, de quo late Menoch. dict. cas. 361. per tot. & observant Guttier. numero 13. Cur. Philipp. numero. 31. 40. Quantum temporis intercedere inter rixam praecedentem, & mortem debeat, ut animi deliberatio excludatur, iudicis arbitrio relinquatur; Menoch. num. 21. 22.

Circa praemissa advertendum est, omne homi- cidium proditorie factum praesumi, l. in fin. tit. 25. lib. 8. Recopilat. Cur. Philipp. n. 31.

Ad Num. 8.

Raptores virginum non esse de jure immunitate privandos, tenent Delbene dict. cap. 16. dub. 24. sect. 2. Farinac. sententiam mutans, de immunit. cap. 6. num. 88. Suar. num. 17. Guttier. sup. lib. 3. quest. 5. per tot. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 14. Germon. sup. lib. 3. cap. 16. num. 57. Fagand. part. 2. lib. 4. cap. 4. n. 47. Guazz. dict. c. 37. num. 72. Castr. Palao sup. dict. disputat. unic. punct. 10. num. 5. Ant. Gom. dict. lib. 3. cap. 10. num. 2. post princip. Gonni fallent. 28. fol. 106. Tusch. lit. E. conclus. 11. n. 35. Bonac. d. §. 5. num. 8. Paz n. 142. Clar. d. quest. 30. num. 10. & alii. Haec sententia nititur, tum cap. de raptorib. 3. 36. quest. 1. ubi expressim habetur tum regulae tradita sup. num. 55. secundum quam nullus evelli ab Ecclesia potest, etsi atrocissimum crimen perpetret, nisi jure Canonico illud ex- ceptum reperiat: quod maxime procedit post dictam Bullam Gregorianam, ubi ponitur taxa- tiva, & excludendos casus ibi non expressos; sed nullibi excipitur raptus virginis, ergo raptor immunitate ceteri non debet.

Contrarium nihilominus probabile putat Suarez ubi proxime, praesertim accedente consuetu- dine; nec dissentit Delbene num. 6. Decian. cap. 28. num. 20. illud probat, si raptus cum insidiis fiat. Idem probabile sentit Raphael de la Torre tom. 2. in 2. 2. quest. 99. art. 3. disputat. 7. grad. 8. & tenet, cum Domin. Covarruvias Sarp. supra, capite 5. fol. 49. Lup. in tract. de illegitim. & natural. com- ment. 1. §. 5. numero 132. ubi alii. Ad fundamenta communis sententiae responderi Suarez quod dict. cap. de raptoribus; deducendum est ex Concil. Au- rel. 1. quod fuit provinciale; & ideo potuit non universaliter recipi. Ad rationem secundo loco adductam ait, quod cum jure Canonico lato ab immunitate excludatur, in dict. cap. inter alias, de immunitat. potest dici, raptorem virginis etiam exceptum, qui quodam modo latro est, cum rapi- nam committat feminam rapiens, ex Div. Thom. 2. 2. quest. 66. art. 4. ad 3. quod tamen, etsi subtri- lict dictum, violentiam praese fert, cum ex com- muni usu loquendi: latro non dicatur, qui mu- lierem libidinis causa rapit, & ita expresse probat- tur in l. verum 40. ff. de furti. Quare seclusa con- suetudine (quae ubi recepta sit, servari debet, ut praefert Suar. & Delbene supra, docet Farinac. in prax. quest. 28. num. 21. Boss. in prax. tit. de ca- pteur. reor. numero 21.) a communi opinione rece- dere non oportet. Illud compertum est, quod si raptus fieret in Ecclesia, vel in ea stuprum com- mitteretur, minime reus immunitate juvaretur, eo quod delinquentibus intra Ecclesiam, ipsa non sub- venit, cap. fin. de immunitat. Eccles. Ita Ancharran. in d. cap. fin. in princip. Paz supra, num. 86. Gonni dict. tract. de immunitat. fallent. 3. num. 9. fol. 97. Cur. Philipp. sup. n. 19.

Ad Num. 9.

Assassinus, id est, qui pecunia, vel alia pretio

estimabili accepta, vel promissa, homicidium per- petrat, ad Ecclesiam confugiens immunitate non defenditur, ex cap. 1. de homicid. in 6. & Bulla praedicta Gregor. XIV. Suar. sup. num. 15. Farinac. de immunit. capite 8. num. 118. Delbene dubitat. 21. sect. 1. num. 2. Gonni fallent. 15. fol. 99. Dian. p. 6. tract. 6. resolut. 11. Clar. in prax. §. Assassinium, nu- mero 5. Bonacin. d. punct. 19. §. 9. num. 1. B. badill. nu- mero 77. Guazz. d. cap. 38. num. 40. Paz num. 133. Decian. sup. capite 28. num. 18 Guttier. sup. lib. 3. quest. 7. a num. 50. Cur. Philipp. num. 34. & innumeri alii ab his laudati.

Ibi: Etiam si hi mandatarii Christiani sint.

83 Assassinus quaquequam Christiano nomine insigniti immunitate non gaudent, ut constat ex Bulla praedicta allegata, & omnes fatentur, qui eos ab Ecclesia evellendos docent; nam si esse infideles ob quodvis crimen in locis sacris non sunt tuti, ut proba- bi ut cum Domin. Covarruv. infra, num. 11. versic. Decimo tercio, & in specie notant Guttier. num. 51. Suar. ubi proxime, Delbene num. 7. ubi alii, licet d. c. 1. de infidelibus loquatur.

Ibi: Sic sane crimen istud assassinium.

84 Assassinus autem est tam mandans, quam man- datarius, quare uterque Ecclesiae immunitate censeatur indignus, ut sub praedicta Bulla com- ptenus, Sear. num. 16. Bobadill. Decian. Cur. Philipp. supra. Paz num. 132. Peregrin. de immunit. cap. 7. num. 29. Farinac. sup. Bon. cin. num. 6. Ambrosin. de immunitat. cap. 7. n. 1. Delbene n. 37. Guazzia. dict. n. 40. qui omnes de mandante his locis loquuntur; licet Henric. Bocer. in tract. de homicid. lib. 1. cap. 3. n. 4. asserat mandantem, assassinium non esse.

85 Sciendum est assassinium non committi, si quis, conductis pecuniis h. m. m. b. u. s.; inimicum aggre- diatur; & ille in insidiis a locis, nec erunt ut assassini ab Ecclesia extrahendi; Dian. sup. vers. Secundo limitatur. Hieronym. Gabr. vers. 180. n. 11. cum seqq. lib. 1. Guazz. num. 42. vers. Sed omitten- dum non est, Bezzaz. conf. 142. n. 13. volum. 1. Del- bene sup. sect. 3. n. 2. vers. Quinimo, Farinac. d. cap. 8. n. 33. Ambrosin. n. 7. Bonacin. n. 5. Baiard. ad Clar. §. Assassinium, n. 5.

86 Eadem ratione qui inimicum communem sibi & alteri, accepta ab hoc pecunia, interficit, reus assassinii non habebitur, nec Ecclesiae immunitate carebit: Delbene ubi proxime, num. 2. Farinac. n. 132. Pergrin. c. 7. num. 45. Guazzia. vers. Etsi committens. Dian. sup. vers. Unde primo limitatur, Bonacin. d. num. 5. Grammatic. conf. 52. num. 49. Baiard. n. 26. Idem est de milite, qui stipendium accipit; nam etsi hostes perimat, assassinus non est, Delbene d. sect. 3. in fin. Bonacin. n. 4. Ambrosin. ubi proxime, Baiard. num. 3.

87 DD. communiter in d. c. 1. de homicid. in 6. praemittunt, assassinium committi, cum incautus pro mercede quis enecatur. Sed videtur quod etsi ali- quis occidat alterius inimicum non incautum, sed praevidentem te ab eo occidendum, veluti si esset ad singularem certamen provocatus, nihilominus reputabitur; nam etsi in l. 3. tit. 27. part. 7. Assi- nisi dicantur, qui proditorie homines incautos ene- cant, id a communiter accidentibus dictum est, cum hujusmodi homines non nisi per insidias ho- micidia committant. Ant. Gom. d. lib. 3. c. 3. n. 10. vers. Item etiam dicitur: non aequo assassini non sint, qui ob pecuniam homines etiam praecaven-

tes extinguunt; praecipua namque malitia in jus criminis provenit ex eo, quod propter lucrum, atrocissimum homicidii delictum perpetretur; Ant. Gom. d. num. 10. D. Cov. infra num. proxime. Unde non pauci de assassinis tractantes, hujus qualita- tis, quod incautus, non meminere, ut Menoch. de arbit. cas. 360. a num. 41. Clar. d. §. Assassinium, Gonni d. fallent. 15. num. 2. 3. quod etiam corro- boratur ex praefata Bulla Gregor. XIV. ubi excipit- tur qui proditorie proximum occiderit, & assas- sinus non esset, nisi qui, sublata defensione, inter- ficit insidiose, superfluum foret de eo mentionem fieri, cum sub exceptione occidentis proditorie ipse assassinus contineretur; quod argumentum deduci potest etiam ex illis, qui de immunitate Ecclesiae differunt, qui separatim de occidente per insidias, & de assassino loquuntur, ut videre est apud laudatos sup. Nec valet respondere, quod Pontifex, & DD. agunt de assassinis, de quibus in d. c. 1. sect. 1. quoniam illi infideles jam non sunt qui graessentur, ut advertit Delbene sect. 1. n. 5.

Ex quibus omnibus concludendum est, quod ut assassinium committatur, non est praesise necessa- rium quod aliquis incautus occidatur, quamquam ita ferè semper contingat; ipse vero mandans pro- ditionem admittit, qui securus alteri mortem la- tenter machinatur; quo sensu proditorum cri- men istud rectè nuncupatur, quidquid renuerit Paz num. 140.

Dubium est, utrum immunitate gaudeant delin- quentes, si homo infidelis occisus propter pecu- niam ex alterius mandato fuerit; & affirmativam partem sequitur Domin. Covarruv. hoc n. 9. & num. 10. vers. scilicet. Quin d. hinc apparet, Dian. d. resolut. 11. vers. Tamen ego, Clar. dict. §. Assassinium, num. 2. ubi Baiard. n. 13. Ambrosin. sup. n. 12. Guttierrez num. 8. Paz num. 135. 140. N. var. in conclusionib. jur. Pontif. conclus. 43. n. 22. Guazz. sup. vers. Ac etiam requiritur, Maicard. de probat. conc. 138. n. 13. Farinac. in prax. q. 123. num. 33. Haec sententia probatur in d. c. 1. de homicid. ubi assassinii dicantur, qui Christianos enecant.

Sed contra sentiant Delbene sect. 2. Mar. Ital. 90. lib. 1. c. 5. §. 4. num. 20. Peregrin. dict. cap. 7. n. 39. Decian. ubi proxime. Bonacin. num. 9. Henric. Bocer. sup. lib. 1. cap. 3. num. 14. Farinac. sibi contrarius de immunitat. cap. 6. nu. 122. Ratio est, quoniam ad cri- men assassinii nil aliud requiritur, nisi quod homo propter pecuniam ex mandato alterius perimatur; quod utique contingit, licet infidelis occisus sit, Nec obstat dict. cap. 1. ubi agitur de illis assassinis, qui in osium vere Religionis Christianos, mer- cede constituta, perimebant, ut infideles; illi vero, quos nunc assassinios appellamus, & de quibus, quod ad immunitatem Ecclesiae, sermo est, Christiani sunt, nec odio fidei, sed aviditate lucri homicidia perpetrant; quare licet ad incurrendas penas con- tra illis assassinis utentes, opus sit, quod fidelis occidatur, id necesse non est, quando de assassinis fidelibus, qui ob mercedem occidunt, tractatur. cum cesset ratio odii fidei. Alioqui si omnia requirita d. cap. 1. deberent concurrere in assassinis omnibus praesise, non esset assassinium si fidelis sit, qui in- terfici; nam in eo textu agitur de infidelibus homi- cidis. Secundum quae hac ultima opinio magis placet.

Sed cum opposita valde probabilis sit, quaei juxta eam solet, si constet, hominem per assassi- num peremptum, non tamen appareat an Christianus, vel infidelis sit, quid praesumendum? & qui- dem si in territorio Christianorum reperitur per- emptus, Christianus censetur, alioqui infidelis ju- dicabitur.



dicabitur; Delbene *sect. 2. num. 8.* Bonacin. *num. 10.* Julius Clar. *num. 2.* Sed si in eo loco fideles, & infideles publice commoventur, occisus baptizatus non creditur, sed probari debet, Guazzin. *in dict. n. 42. versicul.* Si vero non constaret, Dian. *ubi proxime*, qui refert Novarium, Pacian, & alios tenentes absolute hominem Christianum non praesumi: quibus juxta Menoch. *de praesumpt. lib. 6. praesumpt. 14. num. 8.* Quidquid novissime tradat Just. Odesob. *in cautel. crim.* qui opinatur, reo incumbere onus probandi, occisum esse infidelem; quod est intelligendum juxta distinctionem supra traditam.

92 Quæritur, an assassini reus sit; qui pecunia ab aliquo accepta bannitum occidit? & negativè resolvit Greg. Lop. *in leg. 3. gloss. 4. tit. 27. p. 7.* ex Alberico, & Nello, de quo Decian. *tom. 2. lib. 9. c. 30. n. 19.*

93 Item quæritur de eo, qui mandatum suscipit de occidendo pro pecunia, si mors non sequatur, sed deventum sit ad actum proximum vulnerum, vel insultationis? & assassinum esse qui fecit quod potuit, consequenterque Ecclesie immunitate privandum, tenent Barbof. *de univers. jur. Eccles. lib. 2. cap. 3. numero 97.* Peregrin. *supra*, n. 31; Bobadill. *num. 35. 77.* Bonacin. *numero 6. versicul.* Ad hoc valere; Gambacurt. *de immunitat. cap. 34. num. 12.* Curtell. *ead. tract. lib. 1. quest. 18.* Guttier. *dict. q. 7. num. 34. cum seqq.* Gonni *fall. 15. num. 8.* *in fin. fol. 100.* Guazzin. *dict. num. 42. vers. Pro complemento cum seqq.* Scarp. *cap. 5. fol. 45. Megal. in 3. part. lib. 4. cap. 2. quest. 1. num. 20.* Dian. *pag. 1. tract. resol. 18. vers. Dices eum*, & alii; contra Delbene *d. dub. 21. sect. 1. n. 1.* Farinac. *de immunit. c. 8. n. 12. in fin.* Dian. *sibi contrarium, d. resol. 18. vers. Verum licet ego*; Mascard. *d. de immunit. Theaur. in pract. Eccles. de pen. p. verb. assassinium, cap. 1. fol. 154.* Layman. *lib. 4. tract. 9. c. 3. n. 9.* & alios; quod benignè potest amplecti.

94 Idem de mandante dicendum est cum Delbene *sect. 5. Suar. dict. cap. 11. num. 16.* Mascard. *n. 4.* Franc. Leo *in thesaur. part. 1. cap. 23. num. 27.* & alii proxime laudatis; contra Mar. Ital. *lib. 1. c. 3. §. 3. n. 40.* Bocer. *sup. l. 1. c. 3. n. 4.* Utrum effectus non sequuto, poena ordinaria mandanti, & mandatario sit imponenda? quæstionis est; de qua latè per Farinac. *in prax. q. 123. n. 19.* Guttier. *n. 26.* Cevall. *tom. 1. q. 340. n. 5.* Molin. *de justit. tom. 4. disput. 25. Decian. c. 30. ex n. 13.*

Ille verò, qui operam suam locat ad vulnerandum duntaxat, assassinus non est, unde ei auxilium immunitatis non denegabitur, Farinac. *de immunitat. d. c. 8. num. 134.* Dian. *d. resol. 18. vers. Non reticeam*, Guttier. *num. 59.* Delbene *d. sect. 4. num. 1.* Decian. *ubi proxime*, num. 41. Cevall. *tom. 2. q. 901. in princ. ubi alios refert*: Bonacin. *num. 7.* Peregrin. *num. 11.* Guazz. *vers. Secus erit, si mediante*, Baiard. *supra*, num. 2. Anton. Gabr. *commun. conclus. 1. de delict. num. 30.* Ambrosin. *num. 11.* & alii. Hinc colligi potest, quid dicendum de illo, qui ex mandato alterius propter pecuniam fustibus cædit, vel alapam impingit; hic enim proprie assassinus non est, quanquam ob immanitatem facinoris, si homini nobili injuria fiat, & etiam ob proditorem, contrarium posset sustineri; maxime attenda eorum opinione, quibus placet, his non esse immunitate subveniendum; etiam si pecunia, & mandatum non interveniat; de quo etiam *sup. nu. 74.* quod in hac specie facilis admittendum est, cum deterius delinquatur. Nec desunt, qui affirmant, assassinum dici, qui quomodolibet propter mercedem delinquit, ut refert Gonni *sup. ex n. 3.* quæ tamen cum non omnino juris sanctione comprobentur, consuetudini attendendum est, & super eo alii cogitent.

Nomine assassinorum in hoc tractatu continetur qui illis, ut assassinis favet, receptando, vel defendendo: quod colligitur ex d. c. 1. de homicid. in 6. & notant Delbene *sect. 6. num. 1.* Farinac. *num. 124.* Peregrin. *numero 35.* Gonni *num. 9.* Bonacin. *ubi proxime vers. Secundò sequitur* Guttier. *num. 63.* Decian. *dict. cap. 30. num. 42.* Paz *d. cap. 3. §. 3. num. 140.* Idem est de sociis, aliisque crimina perpetrandum cooperantibus, Guazzin. *sup. d. num. 42. in fin.* Bonacin. *num. 6.* Peregrin. *num. 37.* Barbof. *ubi proxime*, Curtell. *d. quæst. 18. num. 6.* & alii apud Delbene *n. 2.* De proxeneta verò est controversia, quoniam cum, qui inter mandantem, & mandatarium intercedit, non comprehendit assassinorum appellatione, sentiunt Dian. *part. 4. tract. 1. resol. 33.* Gambacurt. *lib. 5. cap. 34. n. 14.* Anton. de Marin. *quodidiana. resol. c. 171. n. 5.* Novar. *sup. tit. de immunit. Eccles. num. 72.*

Inter assassinos etiam numeratur testis qui pecuniis, vel alio æquivalenti corruptus falsum testimonium fert, ex quo aliquis capitis poenas innocens det: quod utique de Judice sententiam mortis in infontem propter lucrum profertente dicendum est; Peregrin. *dict. cap. 7. n. 42.* Mar. Italia *lib. 1. cap. 5. §. 4. n. 114. 115.* Curtell. *supra*, q. 19. n. 14. 15. Delbene *d. dubitat. 2. sect. ultim. ex num. 1.* Bonacin. *n. 8.* est oppositum probabile sentiat Dian. *part. 1. tract. 1. resol. 17. in fin. qui immunitate non gaudent*; ut præfati DD. affirmant.

Sed si quis, mercede constituta, jusserit hominem necari, & ante effectum subsequutum revocaverit mandatum, qua non obstante revocatione assassinus mortem intulit, quæri solet utrum mandans assassinus habendus sit? Affirmat Farin. *de immunitat. cap. 8. num. 128.* & in *prax. q. 123. num. 26. 29. 82.* Decian. *verò d. cap. 30. num. 37.* videtur sentire contrarium, quando mandatarium sciens revocationem ante quam ad actum proximum deveniret, nihilominus occidit. Cui accedit Delbene *sect. 5. in fin. ex locis, ad quæ se remittit* Guttier. *sup. ad num. 44.* At Farinacii sententia de jure verior videtur, non tam quia mandans ex parte sua delictum consummavit, quam quod in actu, de quo agimus, non est propriè mandatum, sed contractus locationis, *l. non solum 11. §. Proculius, ff. de injur. licet ex eo actio obturpem causam non detur, ut advertit Decian. ubi proxime, num. 2.* Atque ita cum utriusque gratia celebratur, licet conductor velit rescire, locator renuit; ne mercede privetur, quod naturæ contractus convenit. *l. si quis, §. de actionib. & obligation. qui est iniquus & nullus sit*; ejus leges inter contrahentes observantur. Quare tunc existimo Deciani veram esse sententiam, si mandans constitutam mercedem pro homicidio traditam remittat, aut promissam solvere non recuset, cessat enim ratio occidendi contractusque servatur, interesse soluto, atque ita si postea mandatarium delictum perpetret, mandans ut assassinus puniri non debet; qui omnem occasionem delinquendi, quam præstitit, removet.

Nec obstat quod de mandato traditur communiter, ut eo revocato, mandans poenas delicti non incurrat, ut videre est apud Delbene, *d. tractat. de immunitat. Eccles. tom. 1. cap. 2. dubitat. 8. sect. 9.* Decian. *d. lib. 9. cap. 36. numero 32. cum seqq.* Nam id procedit, quoniam mandatarium nihil interest, mandatum exequi, quod gratia mandantis duntaxat est adimplendum, cum res integra sit revocationis tempore, ut notavit Delbene *numero 4.* Assassini autem refert, supposita conventionione, mortem inferre; undè manifesta est disparitatis ratio.

Ex his constat, ad assassini crimen committendum, necessariò desiderari, quod aliquid pretio æstimabile promittatur, vel præstetur propter homicidium

homicidium, ut supponunt omnes ex *dict. cap. 1. de homicid. in 6.* & quod sola promissio sit satis, docent Delbene *dict. dubit. 21. sect. 1. numero 8.* Farinac. *dict. cap. 8. numero 125.* Menoch. *cas. 160. numero 42.* Bonacin. *numero 2. vers. Tertio pro illis* Guttier. *cum aliis numero 20.* Hinc quæritur, si res exigua sit, quæ datur vel promittitur, utrum assassinium committatur? Negat Farinac. *dict. quæst. 123. numero 43.* & *dict. cap. 8. numero 127.* Bonacin. *numero 3. vers. Idem dici potest*, Vulpell. *conf. 143. numero 9.* Ambrosin. *cap. 7. numero 9.* Dian. *dict. resol. 11. vers. Quæritur limitatur.* Quod rectè limitat Delbene *numero 10.* quando constaret propter rem etiam minimam homicidium fuisse paratum; imò gravius delinquatur, cum magis vita proximi vilipendatur; de quo vide Cast. *Pala. tom. 2. tract. 11. disp. unis. punct. 9. n. 34.* Quæ res, vel quætitas exigua cum sit, iudicis arbitrio relinquatur, Menoch. *de arbitrar. cas. 52. num. 11.*

Res autem pretio æstimabilis in assassinio dicitur etiam simoniacæ, vel usurariæ data aut promissa. Undè si quis beneficium promittit, ut homo occidatur, vel mutuet, crimen hoc perpetratur; nam sufficit, quod propter modicum delinquatur, Delbene *d. dubit. 21. sect. 1.* Decian. *lib. 9. cap. 30. num. 17.* Bonacia. *sup. punct. 16. §. 9.* Dian. *resolut. 11.* Bajard. *ad Clar. in §. Assassinium.* Quidquid doceat Guazzin. *d. num. 42. vers. Nec ex mutuo, ex quibus nota assassinium non esse, qui nulla præcedente promissione, spe tamen aliquid consequendi, homicidium ex alterius mandato perpetrat*, ut pluribus laudatis probat Delbene *num. 15.*

Illud tandem animadvertone dignum est, ut si pater jussit filio, quemquam occidere, pecunia, vel æquivalenti alio dato, vel promisso, non committatur assassinium; quia præsumitur filius interficere proprio odio quod habet adversus patris inimicum; juxta doctrinam traditam *sup. numero 86.* Ita Decian. *dict. cap. 30. num. 18.*

Ad Num. 10.

De atrocitate, & poenis assassini latè differunt Decian. *d. c. 30.* Ant. Gom. *lib. 3. cap. 2. num. 10.* Guttier. *d. q. 7.* Clar. *§. Assassinium*, & ibi Bajard. Farinac. *in prax. q. 24. num. 6. 7.* & DD. communiter *in dict. c. 1. de homicid. in 6.* Qui advertunt cum D. Covar. in præfati, deterius delinquit propter pecuniam, quam si ea non interveniret; Gregor. Lop. *in l. 3. gloss. 1. tit. 27. p. 7.* Paz *dict. §. 3. num. 137.* Anton. Gom. *ubi proxime*, Decian. *num. 4.* Guttier. *num. 61.* Gonni *dict. fallent. 15. num. 6. fol. 100. column. 3. post princip.* Clar. *num. 7. in fin.* Imò quod fieri absque poena gratis potest, pretio interveniente puniatur acerrime. *l. mariti 29. §. plectitur, ff. ad leg. jul. de adulter. Cypyc. decis. 155. in 6. dubitat.* Decian. *ubi proxime*, A. qua criminis immunitate provenit, ut in eo leviores probationes ad poenam etiam ordinariam imponendam sufficiant, quam regulariter in aliis, Decian. *num. 22.* Roland. *conf. 14. num. 14. volum. 4.* Clar. *sup. num. 6.* Guttier. *num. 21.* Cevall. *d. quæst. 901. n. 43.* & plures apud Barbof. *in collectan. ad dict. cap. 1. n. 20.* Quod in eo textu expressim cautum habetur. Quidquid dicat Delbene *dict. sect. 1. in fine*, quoad immunitatis privationem.

Ibi: Sed ut ad assassinos redeam.

104 Quamquam omnes fateantur, decisionem *dict. cap. 1. de homicid. in 6.* fuisse promulgatam adversus eos, qui infidelium opera utebantur ad Christianos occidendos; communi tamen Interpretum con-

sensu ad illos extenditur, qui pecunia homines conducunt ut homicidia perpetrarent, sive Christiani, sive infideles sint: & ita contra D. Covar. poenas illius constitutionis incurrere; docent Delbene *dict. sect. 1. num. 7.* Farinac. *in prax. quæst. 8. num. 83.* & *quæst. 123. num. 21.* Bobadill. *in Politic. rom. 1. lib. 2. c. 18. num. 57.* Guttier. *num. 4.* Brun. à Sole *in questionib. legal. quæst. 34. num. 25.* Gregor. Lop. *ubi proxime*, Mar. Italia *sup. lib. 2. cap. 5. num. 149.* Decian. *num. 4.* Anastaf. Germon. *de Sacror. immunit. lib. 5. cap. 16. num. 67.* Clar. *num. 1.* Ambrosin. *de immunitat. cap. 7. num. 1. cum seqq.* Barbof. *in collectan. ad d. cap. 1. num. 24.* & alii innumeri, quos hi referunt. Quæ sententia cum sit consuetudine comprobata (quæ est optima legum interpret, *l. si de interpretatione 37. ff. de legib.*) ut testatur Gregor. Lop. Decian. Bobadill. Brun. & ceteri *ubi supra*, omnino amplectenda est in praxi quanquam contraria, quam D. Covar. hie tuetur, de jure verior videatur; ut sentiunt Suar. *de censur. disp. 23. num. 46.* Petr. Gregor. *synagmat. jur. part. 3. lib. 354. cap. 5. num. 2. vers. A quibus*, Navar. *in Manual. cap. 27. num. 136.* Plaza *in Epitom. delictor. lib. 1. cap. 22. num. 43.* Anton. Columb. *de controversiis in caus. crimin. art. 157.* & alii tam Theologi, quam Jurisperiti, quos refert Gonni *dict. fallent. 15.* & Guttier. *sup. num. 3.*

Ibi: Scribunt etenim Archidiaconus

Assassini per translationem, & similitudinem dicuntur etiam fideles, qui pecunia, vel alio æquivalenti conducti homines enecant; proprie tamen erant populi quidam infidelium ex Syria, qui Mahometis errorem profitebantur, à Barbaris sanctissimi habebantur, putabantque opus pium exercere occidendo suæ sectæ, vel Principis inimicos, propter quod mortem oppetere minime formidabant, horum opera Christiani aliqui opprimebantur ex mandato etiam fidelium, qui illos, mercede constituta, conducebant; de quibus agit *in dict. cap. 1. de homicid. in 6.* Notatur per Menoch. *cas. 360. ex num. 40.* Delbene *dict. sect. 1. num. 3.* Bobadill. *sup. vers. Volaterrano scribe*, Suar. *dict. cap. 11. numero 15.* Petr. Gregor. *ubi proxime*, numero 2. Bonacin. *dict. §. 9. numero 2. vers. Respondeo nomen*, Guttier. *num. 2.* Decian. *d. cap. 30. num. 1.* Gonni *fallent. 15. numero 20.*

Vers. Primum verè consue.

Quod Summus Pontifex in *d. cap. 1. poenis in 106.* eo stabilitis afficiat laicos etiam sibi in temporalibus non subditos, probant adversus D. Covar. Decian. *numero 5.* Guttier. *num. 19.* Clar. *num. 4.* & alii laudati *sup. num. 102. princip.* qui ita sentiunt. Ratio est, ut ait Guttier. quia hoc crimen, etiam si fidelis occidat, atrocissimum, crudele, & inhumanum est, ut præter citatos *sup. num. 102. in princ.* notant Monticel. *reg. crimin. 6. num. 23.* Barbof. *in collectan. ad d. cap. 1. num. 2.* Ceval. *d. quæst. 901. num. 28.* Quamobrem potuit Summus Pontifex poenas temporales statuere in eos, in quos temporalcm potestatem non habebat, cum in utroque casu ratio atrocitatis delicti militet. Per contrarium quos pro D. Covar. citavi *don. 104. in fine*, hanc quoque ejus conclusionem probasse, consequens est. Quæ magis juri convenit. Vide Pat. Suar. *de legib. lib. 3. cap. 69.*

Ibi: Nam licet jurisdictione temporalis.

Jurisdictionem spiritualem à temporali distin. 107